

Mythologia, Venise, 1567 - I, 08 : Quod unus necessario sit Deus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 08 : Quod unus necessario sit Deus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 08 : Qu'il faut necessairement qu'il y ait un Dieu](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 08 : Que necessairement il y a un Dieu](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination9r°-9v°

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

religionem in patriam transfulerunt, cum & antea Græcorum sacrorum ritus permultos haberent, & siquid ad absolutam superstitionem deficeret, illud totū ex Hetruria sæpius acciverint: donec omnium superstitionū exterfor Christus, non modo tantam Deorum impurorum multitudinem profligavit, sed etiam veram, sanctam, & omnibus saluberrimam religionem introduxit: quæ nulla unquam vel leuitate gentium, vel impuritate ac scelere populorum, vel sacerdotum auaritia vel hæreticorum calumniis, labefactabitur. Vbiq̃ enim veritatē emergere necesse est. Atque tot breuiter dicta sint de diuisione Deorum variarum gentium.

Quid unus necessario sit Deus.

Cap. VIII.

10

Etsi res est, quæ ad veram theologiam potius, quàm ad fabularum explanationem pertineat, num vnus, an plures esse possint Dii inquirere: tamen quia non prorsus abhorret à theologia fabularū expositio, videtur conuenire huic loco vt breuiter declarentur ea, quæ de vno Deo ab antiquis sapientibus probabiliter dicta fuerunt. Neque vnquam Platonis illam sententiam probandam esse magnopere censui, qui nefas esse dicebat, vbi huiusce vniuersitatis parentē inueneris, in vulgus proferte: quasi vero alia sit omnibus utilior aut magis necessaria cognitio, quàm omnium bonorum autorem Deum cognoscere, aut rem non cognitam conueniat venerari. Nisi fortasse ita inquirat, nullam oportere vulgus teneri Dei religione ac reuerentia, & nescio quid colere & benevolentia prosequi, quādo amare Deū maxime omnium opus est. Multæ sunt igitur rationes, quæ vnum esse, ac non plures Deos ostendunt: nam si plures sint Dii hunc ipsum Deorum numerum ob singulorum imbecillitatē esse necesse est. Si si sint imbecilli, quo pacto sunt Dii appellandi? hinc enim eo pacto supplices potentiori, & aliquando deficient, quorum vtrunque cum miserum sit, Dei naturæ qui conuenire poterit? videmus siquidem in omnibus animantibus eam esse naturæ prouidentiam, vt, quanto quæque sunt debiliora, citiusque moriuntur, tanto plura ex his producantur, fecundioraque sint. Quod si tantus erat Deorū numerus, quantum habuerunt antiqui, atque inter hos mares & scæminæ, breui futurum erat vt tot Diis deficeret magistratus & imperia, & nisi otiosi ac desidiosi viuere mallerent, cerdones, & agricolas, & fabros Deos haberemus, neque terra hominibus habitanda nostris temporibus iam esset relicta. Sed quoniam repugnat Deos esse, & plures esse, & esse mares ac scæminas, terra tota hominibus relinquitur. Præterea si plures sint Dii, necesse est eos esse vel pari vel impari potentia, vt Xenophanes ait Colophonius. Si sint quidam impares, quo pacto debiliores sint Dii, ipsi uiderint. Sin omnes pares existant, nolensque alius volentem impediatur, res iam neque fieri, neque non fieri poterit, quod non potest sine risu intelligi. Multa igitur odia & pugne assidue inter hos Deos intercedent, quoniam sempiternæ intercedent cause, quæ nunquam cessabunt: neque enim par parem vnquam, nisi fortuna profligabit. Alterum igitur horum necesse est; vel fortunam Diis etiam dominari, vel perpetuas esse inter Deos discordias & contentiones: quorum neutrum Deo conuenire ullo pacto potest. Est igitur Deus vnus, sempiternus, potentissimus, optimus, felicissimus, quorum nihil potest esse cū animi perturbatione. Non sunt igitur antiquorum Dii, cum plures sint, cum cælum

10

30

40

C conten-

Mythologia.

contentionibus sit plenum, cum multò sint mortalibus miseres, cum eos & dormire dixerint poete, & potationibus atque conuiujs indulgere, & Veneris stimulis mirificè exagitari. Quis enim nesciat somnum & epulas esse ob corporis debilitatem, cù ille ad labores corpus reficiat, hæ ad naturæ vim conseruandam requirantur? Inde effectum est vt Alexander Macedo se Deum esse adulatoribus prædicantibus responderit, se longe diuersa a diuina natura experiri cum & somnum, & Veneris titillationes sentiat. Quòd si horum Deorum natura deficiente nutrimento deficeret, & ad libidinem illi incitantur, qui possunt nõ esse mortales, aut qui potest eorum genus nisi reparatur, non deficere? Non sunt igitur Dii illi antiquorum, sed fabulæ illæ partim naturæ res occultas habent, partim mores informant, partim sunt inania vulgi figments, vt dicebamus.

Quo pacto Dii antiquorum fuerint sempiterni. Cap. IX.

ATque vt pateat veta esse illa, quæ dicta sunt hætenus de Deorum antiquorum mortalitate, quid de Ioue ipso principe omnium Deorum scriptum fuerit à poetis consideremus, quem modo patrem, modo Regem omnium Deorum vocarunt, sicuti Homerus in primo odyssæ,

20
ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.
Hos ita compellat hominum pater, atque Deorum, modo sempiternum, vt Virgilius lib. 1. Aeneidos in his significauit;
ὄ qui res hominumque Deumque
Aeternis regis imperijs, & fulmine terras.
& Orpheus in hymnis;

ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.
Iupiter ò venerande, Iupiter sempiternæ,
quem eundem facit rerum omnium autorem, vt ex his patet;
30
ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.
ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.
Iupiter alme tuo sunt omnia munere nata.
Diua parens. Tellus, præcelso vertice montes,
Et maria, & quidquid cælum complectitur altum.

Hunc tamen sempiternum Iouem, & rerum omnium autorem, Virgilius in Dictæo monte Crætae nutritum existimauit, quem etiam ab apibus educatum fuisse scribit lib. 4. Georgicorum, vt patet in his carminibus;

40
Nunc age, naturas apibus quas Iupiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque æra secuta,
Dictæo cæli Regem pauere sub antro.

Sed illud magis mirum fortasse videbitur, quòd neque tamen certum est vbi educatus fuerit hic præclarus & illustris antiquorum deorum pater. Messenii enim apud se natum & educatum fuisse Iouem contendebant, cuius ossæ debant apud se incunabula, & à Neda Ithomeque nutricibus, & à Curetibus seruatum fuisse affirmabant, vt ait Pausanias in rebus Messenijs. Hæc ipsam de Iouis ortu contentionem ita attigit Callimachus in hymnis;

ὄϊσι δὲ πῶτος ἔργων ἀνθρώπων ἀὶ πάντων θεῶν.

30